



INDEX
 Significationum
 juxta
 Seriem Alphabet:

A.

De Apochis	15.
Affectione	36.
Adhesionem Judiciorum	9.
actionum Concursu	19.
B.	
De Banno	34.
Banno ferino	38.

C.

De Conditione liticaria	12.
Condit. Indebiti	13.
Confessione	17.
Concursu actionum	19.
Contractibus prohibitis	24.
Contractibus suspensio legis	19.
Confirmatio Contractuum	26.
Conjugati Fide	23.
Contradictio Confirmatione	26.
Colludandi Jure	28.
De Desertione litis	14.
Debiti solenni obligatione	18.

E.

Expertat. gratijs	43.
-------------------	-----

F.

De Fide Instrum.	21.
Fide oculata	22.
Fide conjugati	23.
Ferine Banno	38.

G.

De gratijs Expert.	43.
--------------------	-----

H.

De Hyperochia	11.
his que raro fiunt	38.
Homicidarum patrocinio	37.

I.

De Judicijs	1.
Interventione	5.
Jure Collectandi	28.
Jure pavorum	29.
Jure Tenebrarum	30.
Interpret. 232 ff. de Lego	
Instrument. Fide	21.
Jurisdictioem provocat.	2.
Judicialia adhesionem	4.
indebiti conditione	13.
Jurium Romani Statibus	41.

L.

De lege Commissoria	7.
Litis liti Desertione	4.
Lites tollendi remedijs	25.

17a

Programma

Quo

Magnificum Academiae Rectorem,

cæterosq;

Academiae Proceres

ac

Nobilissimam Studiosorum turbam

DECANUS

Facultatis Juridicae

MICHAEL LEDERERUS,

J. U. D.

ad Orationem inauguralem.

Eximii atq; Clarissimi Candidati

CHRISTIANI WILDBERGIS

Waldh. Misn.

Ad diem 12. Novembr., in auditorio Jctorum

habendam.

Eo quo par est cultu & adfectu invitat,

WITTEBERGÆ,


Literis FINGELIANIS exscripsit MICHAEL MAYER.

ANNO CL^o I^o c LXXVI



PROLOGUS
D. CANONICI
ACADEMIAE WITTEBERGENSIS
MICHAELIS ELDERSBERGII
MIDDELI
MICHAELIS LEDERERUS
CIVIBUS ACADEMICIS
ad Orationem inaugurationem
CHRISTIANI
Abdicatione in auctoritate
BUTTERBACHII
Littere Imperatoris
Anno d. 1541
quod certum periculum
per manus, per vero
tempore obtinere
Littere Imperatoris
propositione & contentione





DECANUS

COLLEGII JURIDICI

In

ACADEMIA WITTEBERGENSI


MICHAEL LEDERERUS

J. U. Doct. Ejusdemque Collegii Assessor

& Curiae Electoralis Advocatus Or-
dinarius.

CIVIBUS ACADEMICIS

S. P. D.

 Acratissimum Imperatorem Justinianum bel-
li æque ac pacis tempore armis legibusve in-
structum perpetuò fuisse, vel Jurisprudentiæ
nostræ constat tyronibus. Et si vel unquam
religiosi juris observatoris officium expediverit: certe sa-
crorum præcipuè cura cordi unicè ac curæ ipsi fuit. Quod
ipsum ut in conveniens reducam compendium, Novel-
lam constitutionem tertiam, in qua Imperator ipsemet
attestatur, se nihilo minorem curam Ecclesiæ quam vitæ
habere, allegasse sufficiat. Pauca quidem sed pondero-
sa sunt verba: quod erroribus perniciosis & contentioni-
bus inanibus, quæ vero Dei cultui impedimento futuræ,
tempestivè obviam ire intendit. Rectè ratus, probi &
sagacis Imperatoris partes non tantum in boni civilis
propagatione & conservatione sitas esse; Sed ipsi præci-
puè

):(2

puè

puè incumbere, ut vera & pura religione subditi probe
instruantur: florente sic & vigente beatitudine tam spiri-
tuali quàm civili. Exemplorum numero ut id ipsum
dem comprobatum, propositi interdicit lex. Interim
veteris non tantum, sed & novi testamenti volumina re-
plicaturo satis superq; patecet, Reipublicæ quoq; Judai-
cæ Governatores haud quaquam passos, ut alii indicendi
concilia facultas permetteretur. Sisto Davidem, ad or-
dinandos sacerdotes & Levitas synodum instituentem.
Sisto Ezechiam, & sapientissimum tandem Regum Salo-
monem in consecrando templo suas probe observantes
partes. Nec minus si posteriorum seculorum monu-
menta revolvam, primum Constantini Magni exemplum
occurrit, ipsum potestatem Imperatoribus cælitus datam
Concilium Nicenum indicendo illibatam servasse. Eo-
dem decorandos censeo encomio Imperatores Theodo-
sios utrosq; & Martianum, quod priores Constantinopo-
litanum & Ephesinum, posterior Chalcedonense indixe-
rit Concilium. Gesta insuper Caroli Magni evolventi
abundè constabit, ipsum suæ potestati quæ Numinis divi-
ni dotatus benignitate, nec quicquam derogasse, quinq;
potius Concilia inconsulto maximè & invito dubio pro-
cul Pontifice Romano celebrasse. Neq; enim tantos tan-
tæq; famæ Imperatores unquam latere potuit, publicæ rei
quàm maximè interesse, ne impia manus Imperali au-
thoritati atroci applicetur conatu. Meritò igitur Im-
perii Recessibus provisum, ut ipse Imperator non tam in-
ter sit quàm præsit Conciliis. Reichs Abschied zu Spener
de anno 1526. §. und erstlich nachdem. Nec prætereunda ra-
tio prægnans quæ ipsi Imperatori tanquam Imperii capiti
capite eminentior illa Concilia conscribendi potestas
transcribenda censetur. Reichs Abschied zu Spener de
anno 1529. §. Wo aber uff bestimbtte Zeit. ibi. und das Ihre
Majestät

Majestät als das Haupt bey solcher Versammlung in eigener
Person seyn solte. Vocatur ideo vel ex dicto fundamento
in novis Imperii constitutionibus Advocatus Ecclesie &
Protector Conciliorum. Reichs Abscheid zu Augspurg
de anno 1551. §. wir seynd auch ibi. daß uns als Advocaten
der heiligen Kirchen und Beschirmern derer Concilien von
wegen unsers obliegenden Kaiserlichen Ampts Zuehung ob-
liegt und geziemet. Quod si soli Imperatori Romano po-
testas circa sacrorum dispositionem cælitus est demanda-
ta, apparet illicò, quò jure, quòve titulo illam
Imperatorie Majestatis particulam proprio invadere au-
su haud quaquam veritus fuerit Pontifex Romanus.
Quamvis enim facile dederim, ipsos Imperatores ex qua-
dam quandoq; Zelotypia Pontificie religionis Papæ con-
vocandi concilia facultatem indulgisse; ea tamen sine
prævia Imperatoris permissione alias hic nequaquam fu-
isset gavisus; exercente sic Pontifice ac exequente jus il-
lud, quod proprium Imperialis fastigii Imperatoris equi-
dem ceu summa in regimine tenentis præcipuè interest
cognoscere, an & quatenus publica utilitas, & commu-
nis tranquillitas exigat comitiorum institutionem. Nec
minus eidem incumbet, in decretorum veritatem & ju-
stitiam inquirere, ne aliàs errores ac schismata in Ecclesia
orientur, ortæ propagentur & tandem ipsi Reipubl. po-
stremam inferrent ruinam, tota compage tumultibus,
seditionibus conquassata. Quocirca & soli Imperatori
potestas convocandi eos, quorum opera & eruditione in
arduo maximè hoc negotio indiget, unicè erit reservan-
da; præcipuè quod potentiam & arrogantiam papalem
auctam quotidie eè processisse ex variis rerum argumen-
tis cuivis liceat colligere, ut extirpandæ illius & eradicandæ
nulla ferè restare videatur spes. Sed ut hic desistam,
instituti mandat ratio, quod de eodem themate verba



fit facturus Vir Juvenis Eximius atq; Clarissimus,
CHRISTIANUS Wildvogel / Jurium Candidatus dignis-
simus, cujus gratia praesens scriptio nobis imposita. De
caetero, ut ordinis & moris hactenus recepti habeatur ra-
tio, de natalibus ipsius, studiis & vita optimè transacta
nonnulla impraesentiarum subjicienda. Nactus est patriam
oppidulum **Waldheim**. Afflicti Parentes eqvidem, tumul-
tibus maximè & calamitatibus tristissimo belli tempore
propriis, eo praepressis erecti solamine, quod vel in fuga
genitus ex ipsis, in quo laetitiam & spem eventum non fru-
straturam poterant locare. Familiam, ex qua oriundus
noster, quod attinet, claram maximè & splendidam adeptus.
Natus eqvidem ex Patre Viro Amplissimo atq; Con-
sultissimo Dn. **CHRISTOPHORO Wildvogeln** / Serenis-
simo ac Celsissimo Electori Saxoniae, Domino nostro &
nutritori Academiae clementissimo, à Secretis rerum feu-
daliū ac judicialium longè meritissimo. Matre nobi-
lissima atq; ornatissima foemina **ELISABETHA**, Viri ad-
modum Reverendi atq; Nobilissimi **ALBERTI à Röß-
schau** / Canonici Martisburgensis Gravissimi, filia, ma-
trona honestissima. Sub horum parentum optimorum
cura adolevit, & intra privatos primitus parietes literis
imbutus est. Post deinde Anno 1660. Mense Aprili ad no-
stram ablegatus Academiam, sub informatione Viri Ex-
cellentissimi Dn. **MICHAELIS WALTHERI P. P.** fide-
lissima, per triennium animum dulcioribus Sophiae do-
ctrinis egregiè expolivit. Et proinde ad altiora sibi pro-
grediendum ratus, non minima in Romanae Juris pru-
dentiae studio fundamenta jecit. Sed Jussu Domini Pa-
rentis, cui quam promptissimè obsequium praestitit, do-
mum rediit: desidia tamen aut socordia interea haud
quaquam deditus, lingvis peregrinis addiscendis, & stu-
dio Mathematico perficiendo, assiduam navavit operam.
Sed

Sed verò postquam animo reputavit, apud patrios lares
sibi unicè haud commorandum, Anno 1664. Philyream
adiit Academiam. Ut itaq; cursum, quem in nostra ce-
pit arena, eo felicius, citius & facilius pertenderet, The-
midi se totum mancipavit. Interim ne cæco quasi impe-
tu in ejus irrueret factaria, de fideli manuductorum ope-
ra sibi præ reliquis prospiciendum existimavit: Et statim
quam fortunatissimo eventu subsidiariam ipsi manum
porrexit quam promptissima mente Nobilissimus Am-
plissimus & Consulissimus Dn. JOHANNES ERNE-
STUS NORICUS, Martisburgi Consiliarius Auli-
cus longè dignissimus. Sed nec alii defuere qui suâ ipsi
succurrerent assiduitate. Commendandus vel eum ob
finem maxime Nobilissimus atq; Consultissimus, Dn.
QVIRINUS Schacher / Antecessor in Alma Phily-
rea famigeratissimus, cujus Collegiis indefesso inter-
fuit studio. Non minori deinceps labore & constantia
publicas Viri Nobilissimi atq; Amplissimi, AMADEI
Eckolts / P. P. lectiones frequentavit. Scopum tan-
dem, quem intendebat, ut eò citius adipisceretur, acu-
tissimâ Nobilissimi Amplissimi atq; Consultissimi, Dn.
JACOBI BORNII, Scabinatus Lipsiensis Assessoris
& Reipublicæ urbanæ Proconsulis gravissimi, informa-
tione usus, integrum Jurisprudentiæ cursum strenua ab-
solvit industriâ. Præmium itaq; quod labores pro viri-
li exantlatos resolaretur, ut reportaret, ad nos rediit, ut-
pote, quorum cura & opera prima jecit fundamenta, Pro-
inde ut in Candidatorum reciperetur numerum, mo-
deste & eâ quâ par est petiit reverentia. Nec ipsius ut de-
essemus sollicitationi, nos ulla movere aut svadere pote-
rat ratio. Admissus quippe ad examen primum, seu quod
vocant tentamen, textus pro more suæ propositos ven-
tilationi eâ resolvit dexteritate, tantaq; stetit prompti-
tudine

tudine, ut ad ulteriora exercitia edenda aditum ipsi & veniam unanimi concesserimus applausu. Cras itaq; an-
nuente divinâ Majestate, ut decurrat quæ restant curri-
cula, in Auditorio Jctorum horâ nonâ antemeridianâ
Orationem habebit inauguralem, de gravissima illa Con-
troversia: *An jus indicendi Concilia in Imperio Romano
competat Pontifici Romano?* Quam eodem die hora II.
pomeridianâ seqvetur Lectio cursoria ad *tot. tit. ff. de
gradib. & affinib.* in qua simul delineabit arborem con-
sangvinitatis & affinitatis. Cui instituto ut honorificâ
sua faveant præsentîâ, pro officii ratione Magnificum Dn.
RECTOREM, omnes & singulos Patres Academiæ &
Studiosos majorem in modum rogatos volo. P. P. Do-
minica post Trinitatis XXII. anno recuperatæ
gratię M. DC. LXVI.





CLARISSIME WILDVOGELI.



N illo tuo solenni die vix amici mererer nomen, si sedere tacitus, & nihil conferre ad publicas communesq; congratulationes vellem. Aliud virtus tua efflagitat; aliud quoq; debeo amplissimo Parenti. Septimus ipse precipitat annus, ex quo ad nos venisti in studia primum, iis deditus artibus, quibus preparari maioribus animi solent. Itaq; præter Græca atq; Ebræa, differendi ante omnia hauriebas doctrinam, non vanâ præcipiens cogitatione, quantò adjumento talia sint in altiora quæcunq; missis. Accùm ad Mathematicas literas ferri à natura videreris, sic illis indulxisti, ut & pleraq; omnia ex isto genere tanquam per ludum caperes citiùs, quàm auspicareris; & interim non seponeres nobilissimæ rerum tum naturalium tum politicarum studia, quibus subtilissimam Metaphysicorum disciplinam, quo es plurimorum capaci ingenio, junxisti. Sic ornatus legitimæ scientiæ accedebas aditus, & mox

)b(

ad

ad Lipsiensium Academiam diversus eâ felicitate confecisti hoc pensum, ut hodierna lux de tropæis tuis abundè testetur. In quo quàm proficit, dicendo valere, & promptè expedire cogitata, ipse judicabis, cui nunquam non ea res praesidio juxta & ornamento singulari fuit. Ut nihil de Gallorum sermone dicam, quo adeò eruditus es, ut commodius verba facere non possint, qui in Galliis nati. Sed nec Italica lingua expers intelligis ac confers in Latinam orationem, quæ velis. Ad quæ omnia cum mira eaq; à Parentibus optimis tracta morum accedat facilitas, nec non oris illa naturalis gratia, quotumquemq; non perducere in amorem tui possis, CL. VVILDVOGELI? Non credas, me hæc auribus tuis dare, turpi obsequio ductum sive κόλακα, sive ἀρεσκον, aut πειρηγειον certè. Quòd si vel maximè silerem, fama pro te dictura causam esset. Ego verò quòd ista persequutus sum, hoc consiliò feci, ut ostenderem, quanta laudi tibi sit non amplius vicenos & tres annos nato, omnia illa pericula adiisse, quæ pro reportanda olim in Utroque Jure Licentia solent ejus artis Candidati. Quà in parte magnos Perusinarum Antecessores Angelum de Ubaldis & Bartolum de Saxoferrato feliciter æmulatus es, quorum ille & ipse vigesimo tertioq; ætatis anno, hic primo ad summum Jurisprudentiæ gradum est evectus. Idem Bartolus, qui in Ebraicarum literarum atque Mathematicarum scientia paria tecum fecit. Idem, quem Alexander Imolensis non multò post æquiparavit, totidem annorum recens creatus Jurium Doctor.

Quo

Quo titulo, ut & Licentiati, etsi carere adhuc pro
modestia tua singulari velis, sumere tamen eosdem
honores ac usurpare, quandocumque postulaverit
usus, licebit semper ideo, quia promeritus es cum o-
mnium plausu. Hæc sunt illa, quæ præcipue mi-
hi noto in te, amicissime omnium **VVILDVO-**
GELI; quorum si prætermissem memoriam, secu-
rior viderer ac negligentior officii, si non roganti
tibi, at mihi tamen. Rara ejus generis legimus
exempla: ac itaque quantum virtuti tua debeat-
ur, vel me tacente vides ipse. Non possunt non
hæc incredibili gaudio esse consultissimo Patri, Ma-
trique nobilissima, qui utrique senii sui ingravescentis
solatium unicum in TE filio unico repositum ha-
bent. Quod tantò maius enim verò esse oportet,
quanto similis est tuo studium eruditissimi Pa-
rentis, quem nihil fugit vel Græcarum atque Orien-
talium literarum, vel Mathematicarum rerum in-
primis, tum Juridica scientia, & Theologica quoque
in tantum, in quantum auctorem & architectum
universi **DEUM & SE COGNOSCERE**
homini in his terris est datum. Nam plenior &
perfecta ratio inter caelestia refertur. At quæ maior
ac consummatior esse sapientia mortalium in hæc
vita possit, quam eò studium omne operamque o-
mnem contulisse! Perge, **CLARISSIME**
VVILDVOGELI, perge refocillare veneran-
dam Parentum amplissimorum canitiem, & simul,
quæ facis, omnibus proba TE bonis dignum, non
dubitans, gradibus eisdem Tibi facile fore ascen-
dere in ea spatia, quæ & respondeant virtuti Tuæ,
& tuo.

Et tuorum expectatio postulet. Sic transeas semper etatem tuam maior annis Et nunquam non felix, commodusq; ac longævus. B. V. VVittenbergæ è Museo ad d. XIV. Januarii, Anno cIdo Idc LXVII.

Tuus

**omni affectu, studio
ac cultu,**

**Johannes Ericus Ostermannus,
P. P. Et Acad. Sen.**

s
s
i
a
ea
ie
ens
hes
hs
en/
ffe
ob
ni-
uci
um
qui
ue
hi-
fo-
7id.
que
idr.
oder
ürs
le-
ürs
exu
on-
um
&
Gal-
liâ.









































































































































































00 A 6403

ULB Halle

3


002 937 093



V. 3-17







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Inches
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

17a

Programma

Quo
um Academiae Rectorem,
ceterosq;
Academiae Proceres

ac
nam Studiosorum turbam

ECANUS

Facultatis Juridicae

EL LEDERERUS,

J. U. D.

rationem inauguralem.

et atq; Clarissimi Candidati

ANI WITTEBERGÆ

Waldh. Misn.

Novembr., in auditorio Jctorum
habendam.

par est cultu & adfectu invitat,

WITTEBERGÆ,

CELIANIS exscripsit MICHAEL MAYER.

ANNO clō lōc LXVI